lociter.ſ.in aduentu meo. Luc.io. Ecce dedi vobis ptātez calcandi ſupra ſerpētes ⁊ ſcorpiōes ⁊ omnē virtutē inimici. Mal.vltimo. Calcabitis impios cuꝫ fuerint ſicut cinis ſub planta pedū veſtroꝝ. Scđo ponit oratio ad hoc obtinēdū cū dic. Gr̄a dn̄i nr̄i ieſu xp̄i ſit vobiſcuꝫ q̄.ſ.ſufficit ad vos tuēdos. 2ª Cor.iz. Sufficit tibi gratia mea.

⁋ Deinde cuꝫ dicit. (Salutat vos ⁊c.) Salutat eos ex parte aliorū dicēs. Saluat vos thimotheus adiutor meꝰ.ſ. in predicatiōe euangelij. pª Cor.4. Miſi ad vos thimotheū qui eſt filius meus cariſſimus ⁊ fidelis ⁊c. Addit autez. Et lucius iaſon ⁊ ſoſipater cognati mei q iudei erant.ſ. vos ſalutant. Erat aūt qdā notariꝰ pauli noīe tertius cui paulus cōceſſit vt ex ſua ꝑſona romanos ſalutaret. Unde ſubdit. Ego tertius qui ſcripſi hāc eplam ſaluto vos in dn̄o.

⁋ Deinde dicit. (Salutat vos caius hoſpes.) Cui ſcribit Joannis tertia canonica in qua commēdatur de charitate quā exhibebat ſcis. Et vniuerſa eccl'ia.ſ.que erat in domo eius congregata vel que erat in illa ꝓuincia.

⁋ Deinde dicit. Salutat vos eraſtus archarius ciuitatis q .ſ.cuſtodiebat archam cōmunez.ideſt cōmunes redditus ciuitatis ⁊ quidaꝫ frater.ideſt fidelis nomine quartus.

⁋ Deinde ſalutat eos ex parte ſua dicēs. Gratia dn̄i noſtri ieſu xp̄i ſit cuꝫ omnibus vobis. Amē. Et finit eplam cum gratiarū actione dicens. Ei autē.ſ.deo qui eſt trinitas qui potēs eſt vos cōfirmare. ṗme Pet.vltimo. Modicuꝫ paſſos ipſe ꝑficiet cōfirmabit ſolidabitqꝫ. Et hoc in fide que eſt iuxta euāgeliuꝫ.i.ſm euāgeliū quod ego predico. ṗma Cor.i5. Siue ego ſiue illi ſic p̄dicamus ⁊ ſic credidiſtis. Et etiaꝫ ſm predicationē ieſu chriſti qui ṗmo euangeliuꝫ predicauit ſm illud Heb.z. Que cū initiū accepiſſet enarrari per dn̄ꝫ. Unde Mat.4°. dicit. ꝙ circuibat ieſus predicās euangeliū regni. Subdit aūt in reuelatōe myſterij.i.ſecreti: quod quidē poteſt referri ad id qđ dixerat iuxta euāgeliuꝫ meū. Uel q2 in ipſo euāgelio reuelat ſecretuꝫ īcarnationis diuine ſꝫ illud ſupra ṗmo. Juſticia dei reuelatur in eo. Uel quia ipſi apoſtolo eſt euangeliū reuelatū. pª Cori.z. Nobis autē reuelauit deus per ſpirituꝫ ſuuꝫ. De hoc autez ſecreto dicit Eſa.z4. Secretū meuꝫ mihi. Uel poteſt melius hoc referri ad hoc quod dixerat. Cōfirmare. Quaſi dicat. Deus poteſt vos cōfirmare in euangelio meo ⁊ p̄dicatione. ⁊ hoc ſm reuelationē myſterij.i.ſecreti.ſ. de cōuerſione gentiū. ſicut habetur Eph̄.3. Mihi autē omniuꝫ ſanctoꝝ minimo data eſt gratia hec in gentibus illuminare que ſit diſpenſatio ſacramēti ⁊c. Unde ⁊ hic ſubdit. Tēporibus eternis. q2 videlicet occultū erat apud homines ꝙ gentes eſſent conuertēde ad fidem. Uocat autē hec tēpora eterna quaſi diu durantia: q2 a ṗncipio mundi hoc fuit occultum ſicut ⁊ in p̄s. dicitur. Illuminans tu mirabil'r a montibus eternis. Et poteſt dici ꝙ tēpora eterna dicuntur ipſa eternitas. de qua dicitur Eſa.57. Excelſus ⁊ ſublimis habitās eternitatem. vt ſicut ſimplex dei eſſentia per quandam ſimilitudinez dimenſionibus corporalibus deſcribitur: ſm illud Job.ii. Longior terra mēſura eius ⁊ latior mari: ita ſimplex eius eternitas per tempora deſignatur inq̄ꝫtum omnia tempora continet.

⁋ Subdit autem ꝙ.ſ.myſteriuꝫ nunc patefactū eſt de cōuerſione gentiuꝫ per ſcripturas ꝓphetaruꝫ.ideſt ſm ꝙ ꝓphete predixerunt: vt patuit ſupra.i5. Unde ad Eph̄.3. dicitur. Alijs generationibus non eſt agnitum filijs hoīum. ſicuti nunc manifeſtuꝫ eſt ſanctis apoſtolis eius ⁊ prophetis in ſpiritu eſſe gentes coheredes ⁊c. Eſt autē patefactū per operis impletionez ex precepto dei. Unde ſm preceptuꝫ eterni dei: qui.ſ.eterno propoſito ea que vult temporaliter facit. quod quidez preceptum dei ad obeditionē fidei eſt in cunctis gentibus.i. vt omnes gentes obediant fidei. ſupra ṗmo. Ad obediēdū fidei in oībus gentibus. Si aūt loquamur de myſterio īcarnatiōis ſic ꝯſtruēda eſt littera. Myſterij inq̄ꝫ tēporibus eternis taciti: q2 antea non erat ita manifeſtuꝫ. Quod inq̄ꝫ myſteriuꝫ nūc patefactuꝫ eſt per ſcripturas ꝓphetarū qui hoc predixerunt. ſm preceptū eterni dei qui voluit myſteriū īcarnatiōis patefieri ⁊ hoc ad obeditionez fidei in cūctis gētibus. Myſterij inquā licet taciti apud homines: tn̄ cogniti ſoli deo ſapienti: quia ipe ſolus hoc cognouit: ⁊ quibꝰ hoc voluit reuelare: q2 vt dicitur pª Corin.z. Que ſunt dei nemo nouit niſi ſpiritus dī. Uel poteſt ītelligi de eo qui ſolus eſt ſapiēs.ſ. per eſſentiā: ſicut dicitur Mat.i9. ⁊ Mar.io. Nemo bonus niſi ſolus deꝰ. Nec excludit per hoc filius: q2 eadē eſt perfectio totius trinitatis: ſicut ecōuerſo dicit nemo nouit patrē niſi filiꝰ. Mat.ii. Nō excludit pater a noticia ſui ipſiꝰ.

⁋ Subdit aūt. (Per ieſuꝫ xp̄m.) Qđ nō ſic eſt ītelligēduꝫ ꝙ deus pater ſit ſapiēs ꝑ ieſuꝫ xp̄m: q2 cū deo ſit idē ſapere qđ eē: ſequeret ꝙ pater eēt ꝑ filiū: qđ eſt īcōueniēs: ſꝫ h̄ referēdū eſt ad hoc quod ſupra dixerat. Nūc patefactuꝫ eſt.ſ.per ieſuꝫ xp̄ꝫ. cui ieſu chriſto eſt honor ⁊ gloria per reuerētiā totius creature: ſm illud Phil.z. In noīe ieſu oē genu flectatur. Et gloria.ſ.q̄ꝫtuꝫ ad plenā diuinitatē ſicut ibi ſubditur. Et omnis lingua ꝯfiteatur: q2 dominus ieſus xp̄s in gloria eſt dei pr̄is. Et hoc nō ad tēpꝰ: ſꝫ in ſecl'a ſeculoꝝ. Heb.vlti. Jeſus xp̄s heri ⁊ hodie ipſe in ſecula.

⁋ Addit autē ad cōfirmationē veritatis. Amē. Uel poteſt ſic cōſtrui. Cogniti ſoli ſapiēti deo cui per ieſum chriſtum eſt gloria qui deum glorificauit: ſm illud Joā.17°. Ego clarificaui te ſuper terram. Eſt autez aduertenduꝫ ꝙ hec cōſtructio eſt defectiua ⁊ eſt ſic ſupplēda. Ei qui potēs eſt ⁊c. Sit honor ⁊ gloria ꝑ ieſuꝫ xp̄m cui eſt honor gl'ia. Si autē nō ſit ibi ly cui. erit cōſtructio plana.

⁋ Explicit epiſtola ad Romanos ſꝫ expōnem angelici doctoris ſci Thome de aquino ordinis predicatoꝝ.

⁋ Incipit expō eiuſdez ſuꝑ ṗmā eplam ſci Pauli apoſtoli ad corinthios.

NOn abſcōdā a vobis ſacramēta dei ⁊c. Sapi.6. Sacramenti nomen dupl'r accipi ꝯſueuit. Nā qn̄qꝫ ſacramētū dicit qđcūqꝫ ſecretū ⁊ precipue de rebus ſacris. qn̄qꝫ ſacramētū dicitur ſacre rei ſignū ita ꝙ ⁊ eius imaginē gerat ⁊ cauſa exiſtat ſm ꝙ nos dicimus ſeptē ſacramēta eccleſie.ſ. baptiſmus. confirmatio. euchariſtia. penitētia. extrema vnctio. ordo. ⁊ matrimoniuꝫ. In qua quidez ſignificatione ſacramēti etiaꝫ ṗma ſignificatio cōtinetur. Nā in his eccleſie ſacramentis diuina virtus ſecretius operatur ſalutē: vt Auguſtinus dicit. Hec igitur ſacramēta dei prelatus ſeu doctor eccleſie fidelibus chriſti nō debꝫ abſcondere ſed manifeſtare ꝓpter tria. ⁋ Primo quidem. q2 h̄ pertinet ad honorē dei: ſm illud Tob.iz. Sacramētuꝫ regis abſcondere bonū eſt. opera autē dei reuelare ⁊ confiteri honorificū eſt. ⁋ Secūdo. q2 hoc pertinet ad ſalutē hominū qui per hoꝝ ignorantiā in deſperationē labi poſſent ſic de quibuſdaꝫ dicit Sap.z. ꝙ neſcierunt ſacramēta dei nec ſperauerunt mercedē iuſticie: quia per ſacramēta homines purificātur vt ſint preparati ad recipiēdum mercedē iuſticie. ⁋ Tertio. quia hoc pertinet ad debitū officiū prelati vel doctoris: ſm illud Ephe.3. Mihi omnium ſanctoꝝ minimo data eſt gratia hec illuminare que ſit diſpēſatio ſacramēti abſconditi a ſeculis in deo. Sic ergo predicta verba demonſtrant nobis materiam huius epiſtole in qua apoſtolus agit de ſacramētis eccleſie. Cuꝫ.n. in epiſtola ad romanos gr̄aꝫ dei cōmēdaſſet q̄ in ſacris eccleſie operatur: hic.ſ. in ṗma epl'a ad corīthios de ip̄is eccl'ie ſacra-

mentis agit. In ſecũda vero de miniſtris ſacramentorũ.
Uideamus ergo pͥmo textum. CAP. I.

PAulus vocatus apoſtolus ieſu xp̄i per voluntatẽ dei ⁊ ſoſthenes frater eccleſie dei que eſt corinthi. Sãctificatis in chriſto ieſu vocatis ſcis cum omnibus qui inuocant nomẽ domini noſtri ieſu chriſti in omni loco ipſoꝝ ⁊ noſtro. Gratia vobis ⁊ pax a d̄o patre noſtro ⁊ domino ieſu chriſto. Gratias ago d̄o meo ſemper pro vobis in gratia d̄i que data eſt vobis in chriſto ieſu. quia in omnibus diuites facti eſtis in illo in omni verbo ⁊ in omni ſcientia ſicut teſtimonium chriſti cõfirmatum eſt in vobis: ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia: expectantibꝰ reuelationẽ domini noſtri ieſu chriſti qui ⁊ cõfirmabit vos vſq; in finẽ ſine crimine in die aduentus domini noſtri ieſu chriſti. Fidelis d̄s ꝑ quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius domini noſtri ieſu chriſti.

¶ Diuiditur ergo hec ep̄la in ptes duas. In pͥma parte ponit epiſtolarẽ ſalutationẽ. In ſcd̄a ꝓſequitur ſuã itẽtionẽ. ibi. (Gratias ago deo meo.) Circa pͥmũ tria facit. Primo ponit pſonas ſalutãtes. Scd̄o pſonas ſalutatas. (Eccl̄ie d̄i ⁊c̄) Tertio bona ſalutifera optat ibi. (Gratia vob̄ ⁊ pax.) Circa primũ duo facit. Primo ponit pſonã pͥncipalẽ quã deſcribit ex noĩe dicẽs. Paulus de quo qdẽ noĩe ſatis dictum eſt in epiſtola ad roma. hic aũt ſufficiat dicere ꝙ hoc nomẽ premittit in ſignũ humilitatis. Nã paulus idẽ eſt qd̄ modicꝰ qd̄ ad hũilitatẽ ptinet. pͦ Regũ. iz. Cũ eſſes paruulus ĩ oculis tuis caput in tribubus iſrael factus es. Mat. ii. Abſcõdiſti hec a ſapiẽtibus ⁊ prudẽtibꝰ ⁊ reuelaſti ea puulis.

¶ Cõſequẽter deſcribit eam a dignitate. Et pͥmo ponit modũ adipiſcẽde dignitatis. cum dicit. (Uocatus.) ſm illud Heb. 5. Nemo ſibi ſumit honorẽ: ſ; qui vocatur a deo tanq; Aaron. Scd̄o ponit ipã dignitatẽ dicẽs. Ap̄ls ieſu xp̄i. que quidẽ ẽ pͥma dignitas in eccl̄ia ⁊ iterpretatur miſſus: quia fuerũt miſſi a deo: vt vice eius fungerentur in terris. Uñ dicit̄ Mat. iz. Et elegit duodecim quos et apoſtolos nominauit. ⁊ ifra. iz. Deus poſuit in eccleſia quoſdã pͥmũ qdẽ ap̄los ⁊c̄. Tertio ponit originẽ ſiue cãm hꝰ dignitatis. cũ dicit. (Per voluntatẽ dei.) Qd̄ eſt itelligendũ de voluntate beneplaciti ex qua ꝑficiunt̄ illi qui multipl̄r ꝑſunt eccleſijs. Ecc. io. In manibꝰ dei poteſtas terre ⁊ vtilẽ rectorẽ in tẽpore ſuſcitabit ſuꝑ illam. Et de ꝑdicta volũtate ſub figura nobis dicitur Job. 37. Que luſtrãt cũcta ꝑ circuitum quocũq; volũtas gubernãtis ꝑduxerit. Dimittit aũt deus aliquos prefici ꝓpter ſubditoꝝ peccata: ſm illud Job. 34. Regnare facit hoĩem ypocritã ꝓpter peccata populi. Talis aũt rector nõ dicit̄ eẽ ſm voluntatẽ dei: ſed ſm eius indignationẽ: ſm illud Oſee. i3°. Dabo tibi regem in furore meo ⁊ auferam in idignatiõe mea. Scd̄o ponit pſonã adiunctam. cũ dicit. (Et ſoſthenes frater.) Quẽ ſibi ſalutando adiungit: qꝛ ad apoſtolũ detulerat cõtẽtiones ⁊ alios corinthioꝝ defectus: ne hoc videret̄ ex odio feciſſe. ⁊ ideo nominat eũ fratrẽ vt oſtendat ꝙ ex çelo charitatis hoc fecerat. ꝓuer. 9. Argue ſapiẽtẽ ⁊ diliget te.

¶ Deinde ponit pſonas ſalutatas. cum dicit. (Eccl̄ie dei q̃ eſt corinthi.) Et pͥmo ponit pͥncipales pſonas quas deſcribit tripl̄r. Primo quidẽ ex loco. cuꝫ dicit. Eccl̄ie dei que ẽ corinthi. i. fidelibus xp̄i corinthi congregatis. p̄s. Confitebor tibi in eccl̄ia magna. Scd̄o ex munere gratie. cũ dicit. (Sãctificatis in xp̄o ieſu) in fide paſſiõe ⁊ ſacramẽto xp̄i ieſu: ſ; abluti eſtis ſed ſanctificati eſtis Heb. vlt. Jeſus vt ſanctificaret ꝑ ſuũ ſanguinẽ populũ extra portam paſſus eſt. Tertio ponit originẽ gratie. cuꝫ dicit. (Uocatis ſcis.) Qꝛ. ſ. ad ſanctitatẽ per gratiã vocatiõis ꝑuenerũt. Ro. 8. Quos predeſtinauit hos ⁊ vocauit. pͣ Pet. z. De tenebris vos vocauit in admirabile lumẽ ſuũ. Secũdo ponit perſonas ſcd̄arias: fideles. ſ. q nõ ſolũ erãt in ipſa ciuitate: ſ; habitabãt in dyoceſi ciuitatis vel diſtrictu. Unde ſubdit. Uobis inq; qui eſtis corinthi ſcribo: cum omnibus qui inuocant nomẽ domini noſtri ieſu xp̄i. ſ. per veram fidei cõfeſſionẽ. Joel. z. Omnis qui inuocauerit nomẽ domini ſaluus erit. Et hoc in omni loco ipſoꝝ. i. eoꝝ iuriſditioni ſubiecto. Et noſtro: qꝛ per hoc ꝙ ſubijciebantur epiſcopo ciuitatis non eximebant̄ a poteſtate apoſtoli: quinimo magis erant ipſi ap̄lo ſubiecti q; his qbus ipſe eos ſubiecerat. p̄s. In omni loco dominationis eius benedic anima mea domino. Ultimo autẽ in ſalutatiõe ponit bona ſalutifera que eis optat: quorum pͥmum eſt gratia per quã iuſtificamur a peccatis. Roma. 3°. Juſtificati gratis per gratiã ipſius. Ultimum autem eſt pax que perficitur in felicitate eterna. p̄s. Qui poſuit fines tuos pacem. Eſa. 3z°. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Per hec aũt duo oĩa alia includit. Unde dicit gratia ⁊ pax. Cauſam eorum oſtẽdit ſubdens. A deo patre noſtro: ſ; illud Jac. pͥmo. Omne datum optimum ⁊ omne donum perfectum de ſurſũ eſt deſcendens a patre luminum. Addit autẽ. Et domino ieſu chriſto: per quem. vt dicitur pͥma Pe. pͥmo. Maxima ⁊ precioſa promiſſa donauit nobis deus. Joã. pͥmo. Gratia ⁊ veritas per ieſum chriſtum facta eſt. Quod autẽ dicit. A deo patre noſtro. poteſt intelligi de tota trinitate a qua creati ſumus ⁊ in filios adoptati. Additur autem ⁊ domino ieſu chriſto. non quia ſit perſona alia vel ypoſtaſis preter tres perſonas: ſed propter aliam naturam. Uel quod dicitur. Deo patre noſtro per quandam appropriationem accipit̄ pro perſona patris: ſicut Joan. zo°. Aſcẽdo ad patrẽ meũ deum meum ⁊ deũ veſtrum. In hoc autem ꝙ ſubdit. Et domino ieſu chriſto. manifeſtatur perſona filij. tacetur autẽ de ſpirituſancto: quia eſt nexus patris ⁊ filij ⁊ itellectꝰ ex ambobus. vel qꝛ eſt donũ vtriuſq; intelligitur in donis de qbus dicit: Gratia ⁊ pax q̃ per ſpiritũſcm̄ dãtur. ifra. iz. Hec omnia opatur vnus atq; idẽ ſpiritus.

¶ Deinde cũ dicit. (Gratias ago deo meo.) Incipit epiſtolarẽ tractatũ. ⁊ pͥmo gratias agit de bonis eorũ: vt correctionẽ ſuoꝝ defectuũ tolerabilius ferãt. Secundo ponit eorũ iſtructionẽ. ibi. (Obſecro autẽ vos fratres.) Circa pͥmũ duo facit. Primo gratias agit de bonis que iã acceperãt. Secũdo de bonis que in futurũ expectabant. ibi. (Expectãtibus reuelatiõẽ.) Circa pͥmũ duo facit. Pͥo ponit gratiarũ actionẽ. cũ dicit. Gratias ago deo meo: q. ſ. ⁊ ſi ſit deus oĩum per creationẽ ⁊ gubernationẽ: tamẽ eſt eius ⁊ cuiuſlibet iuſti per fidẽ ⁊ deuotionẽ. p̄s. Deus meus es tu ⁊ confitebor tibi. Oſtendit etiam quando gratias agit. cum dicit. Semper quia hec gratiarũ actio ex charitatis affectu ꝓcedit qui in eius corde aſſiduus erat. ꝓuer. i7. Omni tempore diligit qui amicus eſt. ⁊ q̃uis omni tẽpore eos diligeret: ⁊ pro eoꝝ bonis gratias ageret actual̄r: tamẽ etiã pro eis gratias agebat omnibus horis quas habebat orationi deputatas. Oſtendit etiã pro quibus gratias agit. cum dicit. Pro vobis de quorum. ſ. bonis ꝓpter charitatis vnionẽ gaudebat. ſicut de ſuis. 3ͣ Jo. pͦ. Maiorẽ hoꝝ nõ habeo gratiã q; vt audiam filios meos in veritate ambulare. Scd̄o oſtẽdit mãm gratiarũ actionis ⁊ pͥmo